



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisbvr gensis

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarum, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Chiemsee Monialivm, Frawenwörd.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13578

- VIII. HENRICVS 19.
 IX. FRIDERICVS annos 23.
 X. FRIDERICVS huius nominis secundus presuit annos decem; post electus est in
Episcopum Chymensem.
Gottscaldus XI. GOTTSKALDVS annos 5.
 XII. OTTO. annos 15.
 XIII. GRIMOLDVS an. 1.
 XIV. SEVFRIDVS annos 11.
 XV. HENRICVS secundus 15.
 XVI. IACOBVSI. an. 2.
 XVII. IACOBVSI. an. 1.
 XVIII. HENRICVS tertius 7.
 XIX. CONRADVS secundus an. 7.
 XX. IOANNESI. an. 23.
 XXI. NICOLAVS an. 7.
 XXII. STEPHANVS an. 11.
 XXIII. VDALRICVS secundus, an. 33.
 XXIV. LVDOVICVS an. 1.
 XXV. VDALRICVS tertius an. 7.
 XXVI. SIGISMVNDVS an. 10.
 XXVII. IOANNES secundus an. 26.
 XXVIII. RVDBERTVS an. 24.
 XXIX. ADAMVS an. 19.
 XXX. VIRGILIVS an. 2 $\frac{1}{2}$.
 XXXI. ERASMVS an. 15.
 XXXII. IACOBVS tertius an. 2.
 XXXIII. CHRISTOPHORVS I. annos 20.
 XXXIV. ERASMVS secundus, qui primum factus est Administrator officij Archi-
 diaconalis, tandem per Commissarios in Praepositum & Archidiaconum confirmatus
 an. 1 $\frac{1}{2}$.
 XXXV. CHRISTIANVS an. 3 $\frac{1}{2}$.
 XXXVI. IOANNES tertius, qui prius fuit Canonicus Rorensis, menses tres &
 dies octo.
 XXXVII. VDALRICVS tertius, an. 1 $\frac{1}{2}$.
 XXXVIII. SEBASTIANVS I. an. 5.
 XXXIX. MARTINVS qui fuit Canonicus Rorensis, presuit an.
 XL. IOANNES IACOBVS Raiger nobilis, & suae familiae ultimus qui prius
 fuit Canonicus Baumburgensis, annos 8. & quatuor menses, postea resignavit.
 XLI. IOANNES quartus cognomine Räm, fuit prius Canonicus in Rhor. presuit
 annos 10. & menses duos.
 XLII. CASPARVS Spindler annos 3 $\frac{1}{2}$.
 XLIII. AVGVSTINVS, qui hodie praest.

CHIEMSEE MONIALIVM.

Frawenwörd.

DE fundatione huius Monasterij, ac illius progressu, vsq; ad Henricum quar-
 tum Imperatorem, nihil certiùs ac planius potest scribi, quàm prædicti
 Heinrici Imperat. confirmatio, huic Monasterio data, continet, cuius tenor de
 verbo ad verbum sequitur.

IN No-

IN NOMINE sanctæ & indiuiduæ TRINITATIS, Henricus, diuina fauente clementia, Rex. Ad notitiam, ad memoriam, ad fidem rerum, & firmamentum omne scribitur Testamentum, sub qua ratione & hoc scribi, sed vnde & quare iusserimus, Notum facimus omnibus Christi fidelibus: in quo dum cautiùs perspeximus, dum diligentius consulimus, eandem rem (res enim alta est) longè suprâ reperere volumus. Ad solam Dei gloriam & laudem, ob salutem animæ, ob remedium peccatorum suorum, Thessalo Rex Chiemensẽm substituit & fundauit Ecclesiam. Substituit, inquam, prædiis his dotauit, Euenhausen, Leuchtental, Schonsteten, Tegingen, Sapienzmunster, Puech, Fraunhouen, Hofnaim, Fridlingen, Fraundorff, Palchingen. His verò, vt dictum est, dota- uit, aliisque pluribus. Dotauit & perfectissimam libertatem digna & religiosa institutione, cum iudicio in Insula sua, quæ Nunnerd dicitur, & in omnibus Hofmarchis suis, ritè & legitimè habendo, sicut aliud regale Cœnobium tenetur, liberè & principaliter eidem Ecclesiæ tradidit, & solis tantum Regibus, in- tutelam & patrocinatum decreuit. In hac libertate ad Carolum vsque Regem Successorem suum peruenit, à Carolo vsque ad Ludouicum Regem, qui obe- iusdem Ecclesiæ, quam sibi pro cæteris habuit specialem, filiam suam Irngat- dam ibidem præfecit Abbatisam. A Ludouico autem ad Henricum, qui quo- que sororem suam Geruirgam constituit Abbatisam, ob loci nobilitatem & re- ligionem. Ea vt diximus libertate, à Rege ad Regem descendit, & vsque ad nos eandem libertatem habuit & pertulit. Et vt hæc perfectissima regalis libertas, quam ab autore suo Thessalone Rege accepit, firma & inconuulsa omni æuo per- maneat, hanc chartam conscribi iussimus, & propria manu, vt infra videtur, corroborauimus, nostroque sigillo insignitam omnibus seculis, vt hæc sciant & credant, relinquimus.

SIGNVM Henrici quarti, Regis inuictissimi, Gebhardus Cancellarius re- cognoui, Anno incarnationis Dominicæ M. L. X. X. V. II. Indictione prima, An- no autem Domini Henrici, Regis quarti inuictissimi, ordinationis X. X. I. V. re- gni X. X. II. Ratisbonæ actum feliciter.

HEINRICVS sanctus Imperator Chiemensibus Virginibus Gerpigam, sororem, Patauiensibus Helicam amitam præfecit, Auent. fol. 507.

ADDITIO N E S.

Fundatorem Monasterij Chymbsee Monialium, vulgò *Frauenwörd* dicti, verum & indubitatam agnoscimus Thessalonem Bauariæ Ducem ex familia Agilolfingorū vltimum. De quo *Leitor legat post Marc. Velferum. R. P. Matthæum Raderum I. Bauariæ sanctæ Tomo pag 83.*

Innocentius Episcopus Seruus seruorum Dei. Dilectæ filiæ *Machildi* Abba- tissæ de *Chiemsee* eiusque sororibus tam præsentibus quam futuris regulariter, substituendis in perpetuum. Quoniam sine vero cultu Religionis nec caritatis vnitas potest subsistere, nec Deo gratum exhiberi seruitium. Expedit Aposto- licæ auctoritati, religiosas personas diligere, & earum loca pia protectione mu- nire. Ea propter dilectæ in Domino filiæ, vestris rationabilibus postulationi- bus clementer annuimus. Et ipsum beatæ Dei genitricis *Maria* Monasterium, quod in *Salzburgen* Episcopatu situm est, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Statuentes vt quæ- cunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium in præsentia & c. ju- stè & canonicè possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, Deo propitio poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant.

Metrop. Salurb. Tom. II.

X

Decerni-

Decernimus ergo vt nulli omnino homini liceat praefatum Coenobium temere perturbare, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integrè conseruentur, pro vestra & eorum pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire temptauerit, secundo, tertioque commonita, si non satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine, districtè ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi munus, & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inueniant. Amen.



Ego Innocentius Catholicae Ecclesiae Episcopus.

Ego Conradus Sabinensis Episcopus.

Ego Albertus Albanensis Episcopus.

Ego Stephanus Prenestinosus Episcopus.

Ego Gerhardus presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Ierusalem.

Ego Anshelmus presbyter Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucina.

Ego Chuido sanctae Romanae Ecclesiae indignus sac.

Ego Boecius presbyter Cardinalis tit. sancti Clementis.

Ego Iuo presbyter Cardinalis S. Laurentij tit. Damasi.

Ego Gregorius presbyter Cardinalis tit. Calixti.

Ego Ribaldus Cardinalis presbyter S. Anastasiae.

Ego Goizo presbyter Cardinalis tit. S. Caeciliae.

Ego Petrus presbyter Cardinalis tit. pastorum.

Ego Thomas presbyter Cardinalis tit. Vestine.

Ego Gregorius Diaconus Cardinalis sanctorum Sergij & Bachi.

Ego Otto Diaconus Cardinalis sancti Georgij ad velum aureum.

Ego Gvvido Diaconus Cardinalis Sanctorum Cosmae & Damiani.

Ego Vasellus Diaconus Cardinalis S. Eustachij.

Ego Hubaldus Diaconus Cardinalis S. Mariae in via latia.


Ego Octavianus Diaconus Cardinalis S. Nicolai in Carcere.

Ego Hubaldus Diaconus Cardinalis S. Adriani.

Datum Lat. per manum Americi sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis & Cancellarij XIII. Kal. Maij, Indictione I V. Incarnationis Dominicae, Anno M. C. XLI. Pontificatus vero Innocentij P. P. II. anno duodecimo.

Anno Dominicae incarnationis M. LXXVII. Indict. prima, Anno autem Domini Henrici quarti regis inuictissimi, ordinationis XXIII. regni XXII. datis literis recognoscitur, Thessalonum regem ad solius Dei gloriam & laudem, ob salutem animae, peccatorumque suorum remedium Chiemense substituisse & fundasse Ecclesiam, dotans eam praediis emunerandis, videlicet Ares/Euenhausen/Leuglhental/Schönstetten/Regeningen/Münster/Puech/Straunhofen/Fridstingen/Hofhaim/Srawendorf/Nelekingen. Idem etiam dotans Ecclesiam eandem aliis quampluribus, perfectissimam insuper dando libertatem, digna & religiosa institutione, cum iudicio in Insula, ac aliis Hofmarchiis (vulgo Nidergerichtlichem Obrigkeit) ritè & legitime habendo, sicut aliud regale Coenobium tenet. Qui propterea solus eandem regibus in tutelam & patrocinium, esse decreuit. In hac

hac libertate ad *Carolus* vsque regem successorem suum, à *Carolo* vsque ad *Ludovicum* permanisse memoratur. Hic deinde ob Ecclesiæ amorem, quem præ cæteris speciale sibi habebat, filiam suam *Irmingardam* Abbatissam præfecit. Quæ libertas à rege ad regem, idem rex *Heinricus* descendisse, & ad se vsque peruenisse fatetur. Cum autè hac libertate, quibusdam eundem malè persuadentibus, Ecclesiam præfatam destituere præsumpsisset, in facto resipiscendo se deliquisse respiciens, eam denuo, quam ab auctore *Thessalone* rege accepit libertatem, monasterio reddidit & restauravit. Corroborans literas desuper confectas propria manu & sigillo, signoque Domini *Heinrici* quarti regis inuictissimi, subsequenti.



Vnitæ sunt huic Monasterio Dominarum in *Chiembsæ* subnotatæ Ecclesiæ parochiales. I. SS. *Spiritus* & *Martini* in *Angath*. II. S. *Petri* in *Puech*. III. S. *Laurentij* in *Pfaffenhouen*, *Frisingens*. IV. Nec non Ecclesia parochialis S. *Petri* in *Estade Salisburgens*. diocesis, à S. D. N. *Alexandro* Papa Monasterio annexæ & incorporatæ Anno 1500. Prid. Non. April. Pontificat. sui anno octauo V. Ecclesia parochialis S. *Petri* in *Euenhausen*, *Salisburgens*. diocesis. à S. D. N. *Iulio* PP. Monasterio præ-

fato perpetuo vnitur, annectitur, & incorporatur IX. Kal. Maij Pontificatus sui anno quarto An. Dn. 1507.

IN Nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. *Otto* Dei gratia *Frisingens*. Episcopus Venerabili sorori *Walpurg Chyemensis* Cœnobij Abbatissæ, sibi que succedentibus regulariter substituendis in perpetuum. Quæcunque pietatis & religionis intuitu sacris locis subsidia conferuntur. Pium est vt ea illis stabilitate confirmentur, ne in posterum aliqua tergiuersatione valeant perstringi aut in irritum reuocari. Ea propter dilecta in Domino soror *Walpurgis*, decimas quas bonæ memoriæ *Mathilde* Abbatissæ, quæ Cœnobium cui tu in præsentiarum præsidens ante te regebat. Recognouimus & concessimus duas videlicet partes in Ecclesia *Buech*, duasque in Ecclesia *Palding* tibi quoque possidendas, ob amorem beatissimæ Dei genitricis & virginis. Cuius obsequio tu tibi que commissæ jugiter inuigilare debetis. Recognoscimus & concedimus, præsentisque scripti priuilegio communimus, statuentes vt nemo deinceps vobis eas auferat aut diminuat, sed integre vobis, illibateque, vestris vestrorumque idoneis vsibus jugiter profutura. Præterea quod de rebus tui monasterij nostræ Ecclesiæ deuote contraditum est, videlicet vnus cruciferus apud *Haching* cum molendino, aliisque pertinentiis, & alius apud *Pergaren*, nos benignè ac sine venalitate cuiuspiam vitio aut commercio suscipimus. Id præsentis scripto posterius innuentes, quod solo timore Dei & intuitu religionis *Chyemensis* monasterij istam, hinc inde donationem potius quam conuicium fieri concessimus. Vt autem huius nostræ benignitatis concessio futuris semper temporibus firma & inuiolata permaneat, literis eam notari & Sigilli nostri impensione signari fecimus, testibus qui præsentibus aderant subnotatis: quorum hæc nomina sunt *Vlricus* Decanus *Magister* scholarum, *Engilscalcus* *Hoholdus* Præpositus de *Ysine*, *Albinus* Præpositus *Moseburch*, *Otto* Præpositus sancti *Andree*, *Hermannus* Præpositus de noua *Cella*, *Hugo* Præpositus de *Garze*, *Albertus* Sacrista, *Rudolfus* Diaconus, *Dietmarus* Decanus S. *Andree*. De laicis isti: *Chunradus* de *Dachauve* Dux *Croacie* *Dalmatie*que. De ministerialibus *Heinrich* de *Lothrich*, *Waldman* de *Pastlem*, *Chonrat* de *Heidolfing*, *Rudolf* de *Puchenhausen* & frater eius *Gervvich*, *Engilvvan* de *Achdorff*, *Gottesfridus* *Herevvicus*, & multi alij, *Guntherus* Abbas de *Minster*, *Lotharius* Abbas de *Rothe*.

Metrop. Salisb. Tom. 11.

X 2

Signum

Signum Domini *Otonis Frisingens. Episcopi,*

Datum *Frisinge* per manum Rathunic Notarij, Anno ab incarnatione Domini M. C. LIV. Indictione II. Anno Domini *Otonis Frisingensis* Episcopi XVI. feliciter Amen.

Wir Ludwig von Gottes Gnaden Römischer Kaiser zu allen Zeiten. mehrer des Reichs. Erbieten allen denn vnsern Vikarien/ Richtern/ vnd gemaintlichen allen vnsern Amptleuten vberall in vnsern Lande vnser Huld vnnnd alles Gut. Wir wellen vnd gebieten in allen vestiglichen bey vnseren Huldend/ das ihr der ersamen Abteffine vnd dem Gottshuß zu Chiems stat habt vnd lasset alle die rechte die sie durch recht haben sollen/ an ihren Leuten vnd gueten/ vnd sonderlich die rechte die in vnser Vater seligen Khünig Otto von Dugern/ vnd Heinrich Pfalengraf bey Rhein vnd Herzog in Bayrn der obgenanten Abteffin ihrem Gottshuß vnd Geistlichen vnd Weltlichen gegeben habent/ als die handfest sagt/ die sy Land vnd Leuten/ Edlen vnd Dnedlen gegeben habent. Die habt an in stat an ihren Leuten vnd gueten/ vnd beehrenhet sy daran mit nichten/ also das ihr hing ihren Leuten noch gueten nit richtet/ dan vmb die drey sachen die an den todt ziehent/ das wellen wir vnd gebieten euch es als in vnser schwär vngened/ darumb vestiglichen weller vermeiden/ wan wir sie mit ihren Leuten vnnnd gueten in vnser besonder gnad vnd schirm genomen haben/ vnd wellen vnnnd bitten such/ das ihr sy daran schirmet in vnserm Namen vnd von vnser weg. Geben ze München an dem Pfingsttag in dem dreissigsten Jahr vnser Reichs/ vnnnd in dem sibenzehnten des Rheyserthumbs. Anno Domini M. CCC. XLIV.

Wir Ludwig von Gottes Gnaden Pfalzgrawe bey Rein Herzog in nidern vnd obern Bayrn. Bekennen öffentlich mit dem Brief das für vns komen sein/ die würdig andechtig vnser lieb getreuen die Abteffin vnd Conuent vnser Closters in Rhyemsee/ haben vns fürbracht solch brief freyheit vnd gnad so sy haben von vnsern vordern Fürsten von Bayrn loblicher gedechtnuß/ vnd vns darauf diemütiglich gebetten/ ihn die auch gnediglich zubestätten. Des haben wir betracht vnd angesehen zünlichen/ ihrer gebett auch vnsern vordern in allen guten sachen nach zu volgen/ vnd den die in den Dienst Gottes sich fleissigen für ander mit gnaden wol genait sein. Darumb so haben wir in all vnd ved ihr Brief/ Freyheit/ Gnad/ Gab/ vnd bestattung/ so in von vnsern benannten vordern gegeben sind auch ihr altes herkomen wie sie die bis an vns herbracht/ gnediglich verneuert vnd bestätt haben/ als wären sie mit allen Punkten vnd Artickeln hie in von Wort zu Wort verleibet vnd geschriben/ verneuen vnd bestätten ihn die auch also wissentlich vnd in krafft dis Briefs/ allen vnd yeden vnsern Hauptleuten/ Rentmaistern/ Landtschreibern/ Pflegern/ Richtern/ Mautneren/ Schastnern/ Amptleuten/ Jagermaistern/ vnd allen andern den vnsern gegenwärtigen vnnnd künfftigen ernstlich gebietund/ das ihr sy dabey vngewirrt beleiben lasset/ in dhainem fhranck daran thuet/ noch yemandts andern zethuen gestattet in dhain weiß als lieb trew yedem sey/ vnser vngnad vnd schwäre straff zu vermeiden. Zu verkündt geben wir in den Brief/ mit vnsern anhangenden Insigl versigelt. Zu Landshuet an S. Jacobs tag/ des H. Zwelltposten/ nach Christi Geburt da man zelt tausent vier hundert/ vnd ainß vnd fünfzig jar.

Ad mandatum Domini Ducis Michael Riederer, Praepositus

& Cancellarius.

CATA.

COLLEGIOR. PER BOIARIAM.
 CATALOGVS ABBATISSARVM
 HVIVS MONASTERII.

245

Ex lib. de-
 nation.

- MÆCHTHILDIS. *An. 1141.*
 WALDPVRGIS. *An. 1154.*
 CATHARINA. *An. 1210.*
 A. *An. 1220.*
 AGNES. *An. 1246.*
 SOPHIA. *An. 1250. usq. 57. inclus.*
 HETTWICH. *An. 1261. vsq. 66. incl.*
 HERBV RGA. *An. 1271. vsq. 1307. incl.*
 KVNEGVNDIS. *An. 1307. vsq. 1315.*
 CATHARINA. *An. 1315. vsq. 1317. incl.*
 ELISABETHA. I. *An. 1329. qui numerus falsus est, quemadmodum ex Vet. libro Traditionum apparet.*
 KVNEGVNDIS à Schönstett. *an. 1317. vsq. 1338. incl.*
 OFFMEL. *an. 1339. vsq. 1356. in designat. 1464. fals.*
 SOPHIA. *an. 1356. vsq. 1382. incl. juxta designat. Sophia an. 1335.*
 CATHARINA. *an. 1382. vsq. 1392.*
 ELISABETHA. II. *an. 1396. (juxt. designat. 1392) vsq. 1399. incl.*
 CATHARINA. *an. 1400. 1415. in designat. 1416. 1417.*
 ELISABETHA III. *an. 1418. (1417 juxta designat.)*
 DOROTHEA. *an. 1422. vsq. 1449.*
 BARBARA. *an. 1450. 1462. 1465. juxt. designat. 1467.*
 MAGDALENA. *an. 1478. an. 1469. juxt. designat.*
 MAGDALENA Auuerin. *1491.*

NB. juxta
 designat.
 Monasterij

Offina in
 designat.

Hoc anno infesto Purificationis B. Virginis incendio periit Monasterium de nocte: reedificatum tempore Abbatissæ Ursulæ.

Ex desig-
 nat. anno
 1596. Mo-
 nachium
 transmissa

- VRSVLA de Pfäffing *an. 1507. juxta designat. sed an. 501. 1511. 1522. 1527.*
 MARGARETHA à Podman. *in designat. an. 1552.*
 VRSVLA Leütgebin *an. 1572.*
 MARIA Plindhamerin. *in designat. an. 1576.*
 SABINA Preuendorfferin. *an. 1588.*

MARIA MAGDALENA HAIDENBVCHERIN de Kauffringen.

S. CLARAE IN RATISPONA MONASTE-
 RIVM MONIALIVM.

ANNO. 1286. Sorores poenitentes ordinis S. Mariæ Magdalenaë, quæ illius templum inhabitabant, secundum Auent. suasu fratrum minorum mutauerunt ordinem, accepta regula S. Clarae. Auent. fol. 725, & 752. ex Chronica S. Magni,

ADDITIONES

Deß Gottshauß zu Sant Claren zu Regenspurg Bes
 stattbrieff des Spruchs zwischen des Bischoffs vnd ihr.

On Gottes Gnaden wir Albrecht Pfalzgraue bey Rein/Hersog in Bayren vnd
 Graue zu Doburg zc. Bekennen vnd tun kundt offentlich mit dem Brieff/wann
 vns die Andächtigen vnser lieb getrewen die Abtissin vnd der Conuent des wir-
 digen Gottshauß Sant Claren Orden zu Regenspurg haben fürbringen lassen ainen
 Spruch Brieff/ zwischen dem Ehrwürdigen in Gott Vater vnserm besondern guten
 Freund/ Herrn Fridrichen Bischofen zu Regenspurg für sich vnd sein Nachkommen

Metrop. Salzb. Tom. II.

X 3

auff